

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Ernst Johann Friedrich Mantzel

**Ern. Joh. Frid. Mantzel/ Jur. & Phil. Doct. ac Moral. Profess. Ord. in Acad.
Rostoch. Lectionum Suarum, Serio instituendarum, Ordinem Omnibus Bonis
humanissimè communicat : Anno MDCCXXVII.**

Rostochii: Typis Nicolai Schwiegerovii, [1727]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn100233358X>

Druck Freier  Zugang



RU jurist. 1727

Mantzel, Ern. Joh. Frid.

Q. D. B. V.

48 - 18. 31

ERN. JOH. FRID. MARENZEL

Jur. & Phil. Doct. ac Moral. Profess. Ord. in Acad.

Rostoch. Vorlesungsordnung


LECTIONUM SUARUM,

Serio instituendarum,

ORDINEM

Omnibus Bonis humanissimè communicat.

Anno MDCCXXVII. 1727




ROSTOCHII,

Typis NICOLAI SCHWIEGEROVII, Ampl. Senat. Typogr.

M. 1257141 Allego





BENEVOLE LECTOR!

Quinquennium est, & quod
excurrit, ex quo publico mihi deman-
dato muneri Professorio pro viribus satis-
facturus, varias institui Lectiones publi-
cas, privatas & privatissimas. Et citra propriæ laudis
affectionem nunquam mihi vacuum relictum fuit Le-
ctorium, sed Illustres, Generosi atque Nobilissimi Au-
ditores vacivas semper præbuerunt aures. Cur mihi igi-
tur gratuler, me habere puto, potissimum quia DEus T.
O. M. dedit incrementum; Docendo enim didici, & in-
ter alia observavi characteres boni Auditoris, cui animus
non est, forte mundum decipiendi prætextu annorum
Academicorum, sed vere ad altiora se præparandi. Ob-
servavi etiam aliquid circa methodum tractandi studia A-
cademica, quod instar pii desiderii exponam, & pro
mea

)

mea parte cordatè corrigam. Discurrunt Domini Studiosi per plateas, & mox hunc mox alium audiunt Doctorem; Rectè agunt, si forte a Philosopho ad Juris Consultum, hincque ad Historicum se movent; (Loquor in præsentiarum de Politices & Juris studiosis,) sed sentio haud rarò non ita ipsos agere; veniunt enim ex Collegio institutionali ex occidenti & intrant Collegium Pandectarum in oriente, nihilque lucri exinde reportant, quam quod multa audiant, non multum discant. Ast clarius me explicabo: Non omnes Doctores eadem utuntur methodo, non idem sentiunt, & consequenter Auditores varios eorundem frequentantes, jam disputant de Jure, antequam semel compendiolum absolvuntur. Proh! non ita agendum esse censeo; Discentem enim in primo cursu, ut loqvuntur, oportet credere; Sed quid crebet, qui diversa cum ardore & ingenio defendi & mera problemata formari percipit.

Quodigitur faciendum, hoc est: Studiosus Juris eligat sibi unum Doctorem, cursumque Juridicum ipsius in Collegiis semel absolvat; & si dotes fortunæ permiserint diutius in Academia versari, tunc alios, vel in eodem loco, vel alibi, audiat Doctores, sic puto insignes & veros studiorum experietur fructus.

Quinquennium olim erat studio Juris tribuendum. Hodiè omnia facilitiora sunt redditæ, ergo reducatur tempus, in solatium etiam eorum, quorum nummi non sunt tot annis sufficietes, ad triennium, atque sic, salvis aliorum judiciis, ordinentur studia:

Veniens

Veniens in Academiam , secumque vulgo dicta hu-
maniora & praesertim Linguae Latinæ peritiam , aspor-
tans , adeat , ut dixi , Professorem vel Doctorem , atque
ab ejus ore pendeat primo anno in Collegio *Institutionali*
& *Pandectarum* , non dubito enim , quin ille Lector
semestri spatio institutiones una hora , & posteriori seme-
stri Pandectas binis horis quotidie sit absoluturus . Eodem
anno tractet *Historiam Statisticam* , omnium *Imperio-*
rum & Rerum publicarum , praesertimque *Imperii Roma-*
no - Germanici ; Ac quia quinque horas Collegia frequen-
tasse juvat , ante omnia audiat *Lectiones Juris Naturalis* & *Logico - Ethico - Politicas* , & quidem a talibus Do-
ctoribus , qui excellentiæ in illis studiis famam acquisive-
runt . Quia autem quædam horum Collegiorum non
totum consumunt annum , exeunti *Institutionali* subjun-
gat *Fendale* ; *Juri Naturæ Jus publicum ad Compen-*
dium , non *Systema* .

Anno Secundo quatuor tantum Per horas versetur
in Collegiis , (habebit enim multa legenda & repeten-
da ,) & quidem sequentibus : *Pandectarum* , *Examina-*
torio , *Juris Canonici* , *Jurisque Publici ad systema* . Jun-
gat his omnino *Disputatorium* perpetuum , stupendi enim
exinde capiuntur fructus .

etiam in aliis

Anno Tertio , ego nihil certi determinabo , præter
Collegium Practicum & repetitionem *Historia Imp. Rom.*
Germ. exindeque fluentis *Juris publici* . Ita enim per
biennium præparatus ipsemet judicabit , quid suis conve-
niat profectibus . Unum tantum addam , sedulus sit in

(3)

Colle-

Collegiis Disputatoriis & Examinatoriis, imo si hoc anno potuerit occasionem nancisci, unum vel duos tyrones in Principiis Juris instituendi, insignia sentiet commoda. Ac ut denique omni satisfaciat obligationi, scribat praeiente Doctore, proprio marte *Disputationem Juridicam*, ceu specimen studiorum masculine defendendam; ut taceam, eundem anno Secundo bene agere, si cathedram concendet, *dissertationem philosophicam*, licet non sui laboris, defensurus. Hoc absoluto *Triennio* divinæ se committat providentiae, quæ bonum virum nunquam deseruit, nec dubitet de pane lucrando, præsertim si morum syavitatem, linguarum, minimum Gallicæ & fortè aliarum quarundam artium peritiam comites habuerit.

Perpende B. L. hæc mea cogitata, gratulabor enim mihi, si digna ea fuerint tuo calculo: Serenaque insuper fronte perlege sequentem propositi mei declarationem:

Ego per dilectum quinquennium meum, quod præfiscini scripserim, in hac Academia absolvı varia Collegia Philosophica & Juridica, nec deficit occasio ex voto *Dominorum Studiosorum*, pari, si non uberiori, ratione muneri & Gradui meo satisfaciendi; Quo autem illud fiat ordinatus, ab instanti *Paschatos Festo* ita labores meos disponam, ut intra biennium, DEo vitam viresque largiente, omnes partes eruditionis politicæ absolvam. Cape ordinem: *Anno primo habebitur Collegium Historico-Literarium*, sive præparatorium de methodo studiū Jura, ad comparandam simul notitiam Librorum & Auctorum, hoc studium promoventium & ornantium.

Pen-

Pansopbicum, in usum studiosorum Juris, ad Ductum B.
Beyeri, D. Buddei B. Rechenbergii, & Ill. Bæhmeri,
ubi præsertim habebitur ratio Logicæ, Ethicæ & Po-
liticæ.

Juris Naturæ, ad Ill. Pufendorffii Comp. de Officio Ho-
minis & Civis.

Institutionale, ad B. Hoppii Examen.

Historico - statisticum, ad Dictata extra horas commu-
nicanda: & quoad Imperium nostrum ad D. Struvii,
Compendium, junctis juris Publici Principiis ad
Richardum.

Pandectarum, ad B. Schæppferi Synopsin, vel B. Ludo-
vici Doctrinam Pandectarum, vel etiam ad B. Struvii
Jurisprudentiam.

Quemlibet non admonitum etiam sentire censeo,
quod tria horum enumeratorum Collegiorum annum,
reliqua autem dimidiam ejus partem sint consumpta sibi-
que invicem successura.

Anno Secundo, in tribus horis habebo

Lectorio - Examinatorium ad *Institutiones & Digesta*,

Juris Publici ad *systema Schwederianum*.

Juris Feudalis ad B. Strykii Examen.

Juris Canonici ad *Compendium pro Iubitu suppo-*
nendum.

Per totum autem illud biennium diebus Mercurii &
Saturni servebit negotium *disputatorium* in duabus horis;
Et quidem ita, ut se militare posse putantes, respondeant
& opponant, cœteri pro tempore fileant & attendant. Di-
spu-

Disputabitur autem ex pacto vel super *theses controversas*
typis expressas; vel super *Grotii* opus de Jure B.& P. vel
Schæpfferum, vel *Hoppium*, vel etiam alium Autorem.


Quia autem mihi, ceu tantum lectionibus Academicis intento, enumerati Labores non omne consument tempus, septem enim horas legisse sat erit, Perpetuum mihi erit Collegium *Juris Naturæ*, accurate semestri tempore absolvendum. Pari ratione *Historia Statistica* minimum semel intra annum tractabitur, subjunctis Lectionibus Historico-Genealogico-Geographico - Politico - Criticis ad *relationes novissimas* über die wöchentlichen Zeitungen. Nec deero cupientibus Collegia *Stili Latino-Germanico-Practica*, vel *Poëtico-practica*, præsertim Germanica, minimum binis hebdomadatim horis; *Privatissimam* etiam operam, si tempus id permiserit, nemini denegabo. Ac quod tandem disputationes publicas me Praeside defendere optantibus, annuere velim, per se clarum esse judico.

Nemo scolorum putet me vana effectuque destituta proponere, stabo enim promissis, prouti & credo, neminem me accusaturum, quod hactenus copta non ad finem pertexuerim. Veniant igitur, omni humanitate excipiendi *Domini Auditores*, ac nullus me vel avarum, vel morosum, vel laborum impatientem præsumat. Nec putet aliquis, me neminem admissurum, qui non totum cursum permeandi animum vel horas habuerit, neutquam enim id intendo, sed patet pro lubitu unicuique accessus ad unum vel alterum enumeratorum Collegiorum,

Valeant amici! ringantur inimici!

Dab. Anno MDCCXXVII. M. Febr.





, in usum studiosorum Juris, ad Ductum B.
D. Buddei B. Rechenbergii, & Ill. Bæbmeri,
sertim habebitur ratio Logice, Ethice & Po-

e, ad Ill. Pufendorffii Comp. de Officio Ho-
Civis.

, ad B. Hoppii Examen.

utisticum, ad Dictata extra horas commu-
& quoad Imperium nostrum ad D. Struvii,
dium, junctis juris Publici Principiis ad
n.

, ad B. Schæppferi Synopsin, vel B. Ludo-
rinam Pandectarum, vel etiam ad B. Struvii
entiam.

et non admonitum etiam sentire censeo,
rum enumeratorum Collegiorum annum,
dimidiam ejus partem sint consumpta fibi-
successura.

undo, in tribus horis habeo

Examinatorium ad Institutiones & Digesta,

ad systema Schwederianum.

ad B. Strykii Examen.

i ad Compendium pro Iubitu suppo-

n autem illud biennium diebus Mercurii &
it negotium disputatorium in duabus horis;
ut se militare posse putantes, respondeant
cœteri pro tempore sileant & attendant. Di-
spu-